



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. XVII. Ad cap. 9. Eod. tit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

*Primus, qui stor. sacr. 6. 7. ferturque primus creatus Pontifex secundum formam mam à concilio Lateranensi II. præscriptam. Vixit in Cardinale Lateranen- latu fermè 50. annis. teste Oauphrio. Tertio anno Pontificatus sem creatus. civili seditione urbe expellitur, cum Consules & Senatores ab Urbe ex- lere vellet. Profugit Veronam, ibi mortuus.*

*pulsus. Sribit ad Lingonensem Episcopum. Lingones inter Cel- Lingonensis tas finitimi Æduis, Sequanis Tullensibus, Langres vulgo, civitas Episcopat. Episcopal is in Galliâ sub Archiepiscopo Lugdunensi; qui Archi- episcopus est Dux & par Franciæ. Lingonensem Episcoporum res gestas describit Jacobus Severtius in chronologîa Archiepi- scoporum Lugdunensium.*

## CAP. XVII.

## Ad cap. 9. Eod. tit.

## S U M M A R I A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Norvicensis Episcopat.                      | 8. Cur aula Rom. bodie solo Vice-              |
| 2. Cancellarius Ecclesiæ, idem & Bibliothec.   | Cancellarii titulo defunga- tur.               |
| 3. Notariorum primicerius. Pro- toscriniarius. | 9. Ratio Gomezii examinatur.                   |
| 4. A libellis, epistolis.                      | 10. Quis ultimus Romæ Cancella- rius.          |
| 5. Cancellaria, quis locus.                    | 11. Dominus Mosyes Vice-Cancel- larius primus. |
| 6. Vice-Cancellarius.                          |  |
| 7. Ejus officium.                              |  |

*Norvicensis  
Episcopat.*

**S**criptum est ad Episcopum Norvicensem. Alia exemplaria legunt Norviensem. P. Gregorius Norvagiensem intelligit, & ita legendum putat. Sed omnino est Norvicensis, Norvicum Angliæ sub Cantuariensi Episcopo.

*Cancellarij*

In cap. X. mentio fit Cancellariæ. Cancellarius olim in Ecclesiæ, id est Ecclesiâ Romanâ & bibliothecarius dictus, qui Romanum Pontificis & Bibliothecam in chartis Ecclesiasticis juvabat, & orientis occidentisque Synodicis consultationibus respondebat, ut tradit D. Hieronymus in epistolâ ad Agerachiam de monogamiâ. Et conjicit Dn. Mallincrot ipsum Hieronymum Damasi Papæ Cancellarium fuisse. Antiquissimis temporibus Notariorum Primicerius appellabatur,

batur, deinceps Protoscriniarius, ut ex Onuphrio & aliunde con- Primicerius stat. Scriniarium etiam nominabant, ut in subscriptione Nico- Protosc- lai primi diplomaticis apud Lindenbrogium, inter privilegia Ham- niarius. burgensia reperitur: *Scriptum per manum Leonis Notarii, Regionarii & Scriniarii &c. Datum Kalen. Julii per manus Tiberii Primicerii S. sedis Apostolicae.* Nominabantur etiam à libellis, ab E. A. libellis, pistolis. Romanæ Ecclesiæ scribarum princeps erat Cancellaria epistolis. rius, & quia bibliothecam etiam curabat, Bibliothecarius voca- tus, ut scribit Onuphrius in interpretatione vocum Ecclesiastica- rum obscuriorum. Sequentibus temporibus diu utroque usi sunt titulo, ut junctim & Cancellarii & Bibliothecarii vocarentur. Cancellaria locus, ubi expediuntur rescripta, de rebus Ecclesiasti- Cancellaria, cis, vel ad sedem pertinentibus, cui hoc tempore præst, sublato quis locus. Cancellarii nomine, Cardinalis, qui Vice-Cancellarius audit, se Vice-Can- cundus dignitate post Pontificem, secus atque olim, quando & à cellarius. privato exercebatur hoc munus, ut liquet ex actis concilii Lugdu- nensis sub Nicolao III. celebrati usque ad Bonifacii 8. tempora, ut ex proœmio libri sexti Decretalium colligitur & notat ibi Johan- nes Andreæ. Vice-Cancellarii autem officium in regimine Can- Ejus officiū. cellariae propriè consistit, ubi per bullata diplomata negotia ex- pediuntur, ei subsunt diversa officia Scriptorum Apostolicorum, Secretariorum, Abbreviatorum duorum generum, majoris nem- pe & minoris Parci, ut vocant, Registratorum, Plumbatorum, Sol- licitorum literarum apostolicarum, quos Janizeros vocant, cor- rectorum, collectorum plumbi, Cancellariæ Notariorum &c. Cur *Cur aula*, autem Cancellarii titulus in Vice-Cancellarii mutatus sit, Gome- Rom. bodie zius hanc rationem reddit, quod solus summus Pontifex hodie in solo Vice- Ecclesiâ Cancellarius Dei censetur, quare ejus Subpræfectus non Cancellarii amplius Cancellarius sed Vice-Cancellarius nominatur. Vide *titulo de P. Gregor. XV. Syntagm. 42. num. 1.* Quæ ratio si vera est, mirum fungatur. cur apud antiquiores usque ad annum Christi 1187. Cancellarii no- Ratio Go- men in ipsa etiam curiâ & Ecclesiâ Romana mansit. Ideò verior mezii exa- est hæc causa, quam Cassaneus in catalogo gloriæ mundi par. 4. minatur. cons. 13. tradit, his verbis: *Cum olim de pari contendere Cancella- riis voluisset cum Papâ, propter excellentiam tantæ dignitatis, statu-*

tum fuit pro lege, quod non amplius Cancellarius, sed Vice-Cancellarius de cetero vocaretur. Onuphrius in Epitomâ de Pontificibus & Cardinalibus Romanis ait, Albertum de Morâ Beneventanum tit. S. Laurentii in Lucinâ S. R. E. Cardinalem, qui postea in Papatu Gregorius VIII. dictus, ultimum fuisse omnium, qui Cancellarii appellationem obtinuerit: In ejus locum, ait, nullus Cardinalium factus est Cancellarius, nec aliquis suffectus, qui pro Cancellario ad tempus esset, sed Dominus Moyses quidam Lateranensis Canonicus Regularis S. R. E. Subdiaconus ad id munus assumptus est, qui quod Cardinalis non esset, non Cancellarius, ut Cardinales consueverant appellari, sed Cancellarii vicem agens dictus est. Vide Dn. Mallincrot. de Archi-Cancell. Imperii. cap. 5. Vestrum in introductione in Rom. Aul. act. lib. 1. c. 4. & ibi Nicolaum Antonium Gravatum.

*Quis ultimus, Romæ Cancellarij.* A tempore igitur primi Vice-Cancellarii Moysis, ad illud officium satis diu vel Cardinales, vel alii assumti sunt, quos ordine suo in Epitoma Onuphrius recitat. Ac quidem proximi successores illius duo uterque Cardinales fuerunt, dictique pro Cancellario, Cancellarii vices agentes, usque ad Honorii III. Pontificatum, sub quo Reinerius de castro veteri, Canonicus regularis & Prior S. Fridiani Lucensis primus fuit, qui Vice-Cancellarius appellatus est. Mallincrot. d. l.

## CAP. XVIII.

Ad cap. ad audientiam XI. de Rescr.

S U M M A R I A.

- |                                       |  |
|---------------------------------------|--|
| 1. Biturix, Avaricum Biturigum.       | 5. Legati à latere.                                    |
| Archiepiscopatus.                     | 6. Rescriptum contra regulas Grammaticæ vitiosum.      |
| 2. Aquitania Primas, Archiepis. olim. | 7. Maximè in rescriptis Ecclesiæ.                      |
| 3. De Legatis sed. Apost.             | 8. Episcopus Grammat. & Dialect. non debet esse rudis. |
| 4. Nunciis Apostolici.                |  |

Biturix,  
Avaricum  
Biturigum.

**R**Escribitur Bituricensi Archiepiscopo, Apostolicæ sedis Legato. Biturix, Galliæ urbs, Greg. Turonensi, doctis Avaricum Biturigum, ait Mireus. Bituricensi Archiepiscopo qui & Patriarcham in publicis privatisque literis se nuncu-

par.

